



Hunc librum Musis  
suis inservientem  
iure possidet  
Theodor Mahlmann

Comparati milij  
Witels.  
¶ mas. er. q.  
¶ hause. 4. q.  
¶ Me. Joha: Leijob.  
anno 1621.

**CHRISTOLOGIAS SACRÆ**  
Disputatio Decima nona  
*De*  
**COMMUNICATA**  
CARNI ASSUMTÆ OMNI-  
SCIENTIA.

*Quam.*

Annuente Θεοφόρῳ  
SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI  
S.S. Theol. D. & P. P.


*In privato Collegio ad disputandum,*  
*proponit*

LAVRENTIUS WIGANDUS  
Regio-Boruss.

*Habebitur ad diem 30. Maij, horis pomeridianis,*  
*in auditorio minori.*



WITTEBERGÆ,  
*Ex Oficina Iohannis Gormann,*  
ANNO CLX XIX.



## CONTINUATIO.

VVinglianā αλλοιωσιν exclusam  
(distinctam circa annum Christi  
1530. in Ecclesia usurpatam admittit-  
mus) & inde resultantem communica-  
tionem verbas Calvinisticum larvam Diaboli  
non immitio appellavit B. Lutherus. (a) Ob  
quam etiam sacramentariis, licet se articulum  
de persona Christi incorrupte credere glorian-  
tibus & multa de eo blaterantibus nullam fidem  
adhibendam suasit. (b) Nam vere verbalis hæc &  
*Logica Communicatio* lerna & sentia est omni-  
um Calviniorum errorum, officina blasphem-  
iae, (c) quæ omne remedium nostrum, quod ex  
incarnatione, passione, resurrectione & sessione  
Christi ad patris dexteram adversus peccatum &  
omnes inimicos nostros resultat, (d) evacuatur,  
& scripturæ sensus petversè corruptitur. Quid  
enim quæso totam ferè doctrinam de persona  
Christi evertit? Zwingliana αλλοιωσις, quæ u-  
nionē personalem solvit, prædications persona-  
les Synechdochicas & planè tropicas efficit,  
communicationis idiomatum doctrinam in me-  
ram & puram λογουαχιαν convertit, uti satis  
in præcedentibus visum. Etsi vero face hæc Di-  
abolica primi & secundi Generis Communicatio-  
nis idiomatum propositiones obfuscari ceptæ,  
non minori tamen conamine eadem tertium  
quoque *Genus* obliterate tentavit Sontica illa lu-  
es Calviniana, quando propositiones has: *Caro  
Christi est bisistica*, intellige per realem vitæ filii  
Dei Communicationem: *Christus est omnipræ-  
sens, omnipotens, divino cultu adorandus, omnisci-*

(a) in Con-  
fess. majore  
de Cœna.  
tom. 7. Ien.  
p. m. 466.  
(b) in Con-  
fess. minore  
f. 79. tom.  
oper. ger. 8.  
(c) *Socra-  
tes in hist.  
Eccl. c. 29.*  
p. m. 319.  
(d) *Eba. li.  
I.c. 2. p.m.  
45.*

us resolvit; Caro Christi efficit sitam ratione me-  
riti per opus redemptionis; Christi divina natu-  
ra est adoranda, omniscia, omnipræsens &c. Ita er-  
gò quod de Vincentio Pelagiano Prospere Aquitani-  
cus scribit, meritò hic de adversariis repetere  
possemus, qui dum in genere doctrinam de ma-  
jesticâ idiomatum infinitorum Communica-  
tione carni Christi facta, aggrediendo, nil effici-  
unt, Speciali pugnâ singula idiomata impugnat-  
do, numerum criminacionum in nos aegendo,  
sensemq; nostrum variando, an aliquid obtinere  
possint, tentant; quam verò infelicitè, visum  
etiam hactenus; Quare cum præcedentibus ex-  
ercitiis generalia adversariorum contra maje-  
sticam infinitorum donorum Communica-  
tionem tela, ut & specialia contra omnipotentiam,  
hymnificatricem objecta, propulsata sint, hâc  
vice infinitam omniscienciam impugnantia dilue-  
mus, veritatisq; orthodoxæ immotam assertio-  
nenm confirmabimus. Quod ut Cenitw⁹ fiat,  
tractationem nostram hisce quinque capitibus  
inclusam dabimus, quorum primum multiplicis  
Scientiæ distinctiones proponet: Secundum statum  
controversiæ formabit: tertium demonstrationes no-  
stræ sententiæ exhibebit: quartum objectiones ad-  
versariorum solvet: quintum, practicâ meditations  
ouȝ̄t̄ησιν concludet.

### CAP. I.

### THEISIS PRIMA.

**E**T si verò tam barius sit vocula Scientiæ usus, ita  
ut si omnes ejus significations colligere vellemus,  
præter eas vix aliquid charta caperet; ut pro-  
positum nostrum tamen eo fiat clarius, paucas, præ-  
cipuas tamen, ut omnis ansa calumniandi eripiatur  
adversariis, annotabimus.

**I.** Utuntur verò voce bae & Philosophiæ ex  
Scriptura Theologi. Philosophi vel accurate vel  
minus

minus accurate; Accurate sumpta nihil aliud est,  
quam habitus demonstrativus, quo cegnoscuntur  
conclusiones ex necessariis causis, dicente Philoso-  
pho. (a) Minus accurate nihil aliud est quam no-  
titia quævis de re scibili; Unde alij in creatam &  
increatam scientiam divisere, quo sensu Polanus  
(b) illâ, Se totum & totaliter Deum agnoscere, hâc,  
Christum cognoscere quidem Deum totum, sed non  
totaliter, ait. Minus accurate hujus significatio-  
nis vocabulscientia quam variae sint distinctiones  
hujus loci non est expenere. Vide Tolos. (c)  
III. Scientiæ vocabulo ergo utuntur etiam The-  
ologî ex scriptura variè. Usurpatur 1. absolutè, &  
cum denotat: 1. nudam aliquam notitiam rei sive  
bonæ sive male, unde Adam rebâ dicitur scivisse  
inobedientiam erga creatorum esse malam, obedien-  
tiam contrà bonam. 2. Rem cum experimento con-  
junctam: unde Gedeon siros Suchoth siire fecisse  
dicitur detrimentum eorum Judic. 8. v. 16. Sic  
Gen. 3. v. 22. malum inobedientiam transgressa  
legis secutum, Scientia dicitur. 3. Veram Dei agni-  
tionem & doctrinam rectam Esaïæ 11. v. 9. Jer. 3.  
v. 15. Cui opponit Apostolus ignorantiam 1. ad Cor.  
15. v. 24. ad Eph. 4. v. 18. id est falsam de Deo o-  
pinionem. 4. Legis divina cognitione, 2. Pet. 1. v. 5.  
juxta quam vita prudenter inservienda. 5. Sal-  
vificam in Christum fidem, quam notitiâ fiduciali  
scriptura describit Esaïæ 53. v. 11.  
IV. 2. Certis attribuitur rebus: 1. Deo, notat-  
que scientiam essentialēm. quâ Deus per essentiam  
suam scit, & Seipsum, 1. ad Corinth. 2. v. 11. (d) 2.  
Omnia in cœlo & in terra 2. Par. 16. v. 9. Job. 28.  
v. 24. Job. 11. v. 7. c. 42. v. 2. 3. Præsentia pre-  
terita & futura, Heb. 4. v. 13. (e) 4. Quâ o-  
mnia scienter & prudenter gubernat & dispo-  
nit, Jobi 15. v. 8, Ps. 35. v. 11. Esa. 40. v. 14. cap.  
40. 10. (f)

a) 6. Etho.  
Nicom. c. 3.  
li. I. magn.  
mor. c. 8. li.  
1. post A-  
nalit. c. 2.  
Zabar. de  
nat. Log. I.  
I. t. 2. Pic-  
col. gr. 5. c.  
20. Vel. Ex-  
erc. Ethic.  
13. th. 14.  
Cl. I. M. en.  
Metap. lib.  
2. p. 988.  
b) lib. 6.  
Synt. c. 6  
p. m. 9.  
c) lib. 4.  
Synt. art.  
mirab. p.  
47. & lib.  
9. p. 66.  
d) vide  
Aug. li. 83.  
quest. q. u.  
16. tom. 4.  
op. p. m. 205.  
e) vide Dan-  
masc. pa-  
ral. p. m. 20.  
f) vide  
Scalig. 365.  
scit. 8a.

V Unde colligitur scientiam in Deo esse non potentiam, tanquam adum primum, secundo excluso, nec inesse Deo per modum habitus, sed ver modum altius simplicissimi & ultimi, adeoq; scientiam divinam nil aliud esse, quam essentiam ipsius divinam.

V I. 2. Angelis. Quæ scientia non simpliciter conuenit cum ipsa essentia Angelica, sed potius inest ei ut accidens; notat igitur vocula scientia Angelis attributa, nil aliud, quam donum illud praestansissimum, quo Angelis sunt ornati a Deo, intelligentes scilicet Deum & creatorum suum, & scientes opera divina dijudicare, 2. Sem. 14. v. 20. (g)

V II. 3. Hominibus, notariq; nihil aliud quam cognitionem earum rerum, qua tam ad rectum vitæ corporalis usum, tam ad aeternam felicitatem pertinent, hominibus a Deo concessam. Sic Exod. 31. v.

I. Besaleel sapientia & scientia præditus dicitur Exod. 35. v. 31.

VIII. 4. Rebus brutis quoq; tribuitur Esa. I. v. 3. & inanimatis, Gen. 2. v. 9. & 17. Quibus plures significaciones non addimus. (h)

IX. Hisce ita præcognitis & quasi a scopo nostro remotis, deveniendum jam est ad eam locis Scientiæ significationem, quam hujus loci propriam facimus. Ubi principio detegendus fuit Gregorii de Valentia prolixè de communicata scientia Christi disputantibus, & ne scopum quidem nostræ sententiæ orthodoxæ attingentis. (i)

X. Quando enim de communicata humana Christi naturæ Scientia querimus, per Scientiam hoc loco ipsam sapientiam Dei increatam, infinitam & omnia cognoscentem, quæ Deus tam se quam omnes alias creaturas in cœlo, terra, mari & inferno præteritas, præsentes & futuras res, uno intuitu perfectè cognoscit & exploratas habet, intellectam volumus.

X. Unde

(g) Sid. Damas. lib. 2. de Orth. fid. c. 3. p. m. 175.

(h) S. Flac. part. 1. Clas. Scripture p. 1097.

(i) tom. 4. disp. 2. qst. 9. 10. 11. Vide punctum secundum quast. 10.

XI. Unde facile colligere licet, hic quicunque status controversiae sit, adeoque quam de re loco hoc contra adversarios disputemus; is ergo rite & recte constitutus & informatus hic esto.

CAP. II.

XII. Quæritur: An omniscientia increata & infinita cum reliquis attributis divinis realiter humanæ Christi naturæ sit communicata, & an ob' factum communicationem hanc in unione arctissima duarum in Christo naturarum, humana Christi natura dicenda, & reverâ etiam sit omniscia: Quo statu sic rite & recte informato, cuiuslibet ad oculum patet: 1. non nobis hic sermonem esse de scientia aliqua innata & concreata: qualis cum in omnibus detur hominibus, Christo quoque eandem demere non possumus. 2. Nec de scientia habituali, Christo tanquam adjunctu inharente, quam Christum etiam omnes Angelos superasse concedimus & contra negantes urgamus. 3. Nec de scientia infusa, quam etiam præ omnibus Prophetis & sanctis ornatum fuisse Christum omnino semimus; Sed de Scientia, ut dictum, increata, immensa & foli Deo propria.

XIII. Quam fraudulenter nobiscum agat Pareus. (k) hinc liquet, quanæo contra propriam conscientiam ita statum hunc corrupit, querendo: An unio personalis faciat idiomatum infinitorum communicationem realem in abstracto seu in naturis, an vero tantum in concreto? quorum prius Lutheranos defendere ait: Ut ergo presentis instituti nostri rationem habeamus, quis quæso unquam nostrum docuit, Carnem Christi esse omniscientiam, vel omnipresentiam, vel omnipotentiam in abstracto? anne vero phrases Pareo sunt eadem, quando dico, Caro Christi est omniscia, & Caro Christi est omniscientia? Abstractam ergo locutionem rejicimus ita tamen.

(k) in Iren, p. 193.

XIV. 1. Ut addamus, non omnem simplicitatem abstracti respectum hinc propositionibus excludi; nam ut recte nostros Theologi monent, in hac Enunciatione: Caro Christi est omniscia, omnino aliquem abstracti respectum haberi, cum subjecti notatio denotet naturam tantum in Christo, humanam scilicet, non vero totum uero Christum.

2. Ut si hoc moneamus, predicatum hoc Omniscentiae, nequam sensu Calvinistico attribui subjecto abstractis, adeoque de humana natura sola et seorsim subsistente, a persona sequestrata et divisum praedicari; id enim si fieret, Omniscentia carni non esset communicata, sed esset Omniscentia carnis ex natura. Unde concludimus cum abstractio possessionem essentiali denotet, communicationem predicationis abstractiva modum, excludere. Et tandem 3. etiam ut planè rejiciamus hunc loquendi modum, quo-

CAP. III.

(a) vide Cy-  
ril. lib. 2. in  
Job c. 72.

Aug. tract.  
14. in Job.

p. m. 45.  
tom. 9. op.  
ed. Col. An.

1616.

Nazi. orat.

5. de filio.

to. p. op. p.

154.

Orig. tract.

in Job. 12.

t 2. op. p. m.

331.

Theoph. in

Job, p. 235.

utitur Schonfeldius querens; An Omniscentia cum reliquis infinitis virtutibus Christo quam homini in se vel in ipso met sit communicata? quam formulâ uscibâ et Physicam proprietatum transmutationem naturae divinae in humanam ceu subiectum in hæsionis introduci ostendit eruditus Clariss. V Vinckelmannus, disp. 3. Tom. 2. Giss. th. 25. 26.

XV. Thesis ergo nostram ita demonstrare pergimus: 1. Quicunq; accepit Spiritum sapientiae, fortitudinis, scientiae & intellectus, 1. Sine omni mensura. 2. Prae omnibus hominibus & Angelis, ille praeditus est scientia infinita. Christus homo accepit Spiritum sapientiae, fortitudinis, scientiae & intellectus Esaiae II. v. 1. & 2. sine mensura, Joh. 3. v. 34. praे omnibus hominibus & Angelis, Psal. 45, 8. Hebr. 1. 10. (a) Ergo. Majoris consecutio et firmitas nititur hinc fundantis: 1. Quia ubi omnia excluditur mensura ibi mensura.

mensa est infinitas, Oppositio enim fieri debet secundum idem, unde colligitur, negationem mensuram, quia dicitur, non juxta mensuram, opponi affirmatiōni de mensura; Ut ergo mensurabile est finitum, ita immensurabile est infinitum. Quia observatio  
vanitatem omnem Bezae evertit. (l) 2. Quia mani- l) in ab-  
festa distinctio eam comprobat, ut enim reliqui san- not. super  
cti Et Angeli spiritu quidem sancto undi, sed cum hunc locū  
mensura, ita hic prae reliquis sine mensura: Sicut  
ergo Communicatio illa presupponit dona finita, ita  
haec infinita.

XV 1. 2. In quo omnes thesauri sapientiae, sci-  
entiae & cognitionis totius Deitatis absconditi,  
ille infinitè scit novitq; omnia: Atqui in huma-  
na natura totius Deitatis thesauri cognitionis  
& scientiae sunt absconditi ad Colos. 2. v. 3. Er-  
gò. Major inde patet: 1. quia Deitatis Scientia est  
infinita, infinitè enim Deus omnia nobis. Sicut ergo  
Deus per infinitam suam scientiam omnia nobis,  
ita homo Christus per eandem communicatam o-  
mnia nobis. 2. Quia universalitatis particula o-  
mnem scientiam includit. Ergo Et infinitam. Mi-  
nor fit manifesta ex textu, ibi enim de Christo ho-  
mene sermonem esse inde constat: 1. De quo enim  
dicit b. 9. Καὶ αὐτῷ κατοικεῖ τὸν τόπον λόγου μα-  
τῆς Ἰησοῦ σωματικῶς. De eodem dixit b. 3.  
Ἐνώπιον τῶν τερτίων οἱ Ἰησοῦς εἶπε τῆς σοφίας μηδὲ  
τῆς γνώσεως δύπολην φοι. At qui prius dixit de  
homine Christo. E. Et posterius. 2. Quia expressè  
Apostolus discernit inter id quod absconditum est, Et  
id, in quo absconditum est, jam sicut id, quod ab-  
sconditum Deitas, ita id in quo abscondita Dei-  
tas, est humanitas; unde eandem divina plenitudi-  
nis οὐκέτη δοχεῖον Epiphanius in Ancorato de Christo  
nominat. Quae fundamenta omnes Φλυαρίας p. 419. Et  
Bezae (m) ut Et Sohnii (n) ad Argumenti Majo- seqq.



rem respondentis: I. Malè in extransitum fieri à persona ad naturam, cum Paulus de tota persona affirmet, in ea plenitudinem Deitatis habitare. 2. A postolum de Sapientia humana loqui; praterquam enim quod posterior praetextus manifesto falso contradictionem manifestam implicet, prior etiam nostro argumento nil obstat, cum non negetur de persona sermonem hic esse, sed queratur, secundum quam naturam effatum Apostoli persona attribuatur? quod cum non fiat secundum divinam, ut ostensum est; relinquitur, quod secundum humanam.

(e) Matth.  
9. v. 2. § 4.  
c. 22. v. 18.  
c. 26. v. 23.  
Ioh. 1. v. 47.  
c. 2. v. 24.  
seqq. Apoc.  
2. v. 23.  
p) Ioh. 16.  
v. 3.  
q) Matth.  
24. v. 5. c.  
21. v. 2. Luc  
22. Ver. 10.  
Heb. 9 v. 11.  
Ioh. 2. v. 50.

XVII. 3. Quicunq; est καρδιογνῶσης, propria ἀυτοψίᾳ omnia pernoscit, propriā virtute futura prædictit, omnium creaturarum statum cognitū habet, is infinitā scientiā prædius est. Atqui Christus est καρδιογνώσης. (o) Omnia pernoscit, (p) futura prædictit, (q) omnium creaturarum statum cognitum habet, ut ex allegatis locis patet. Ergo. Evanescit hic iterum petulantia Shonii d. l. Majorem simpliciter veram esse negantis, cum universalitas sit verum, quæ licet nostri respectu infinita sint, finitatem tamen ipsis respectu Dei nullā ratione derogari posse; Praterquam enim quod confundat res cognoscibiles hāc instantiā, quas licet finitas concedamus, cum Scientia cognoscente, quam omnimodo infinitam statuimus principium quoq; petit, dum omnium rerum, prout earum notitia in Deū cadit, finitatem Leo attribuit, quod negatur, cùm Deus ut infinitè omnia habet, ita cognoscat. Deinde & Minorem negantis, & non de natura, sed persona hisce in locis sermonem esse contententis, cui quod superius dictum, respondisse sufficiat.

XVIII. 4. Cui traditum est iudicium in omnes homines, in quo fidelium preces audire, ipsis opitular-

pitulari, & unicuique secundum opera sua redere Matt. 24.  
dere debet, is est omniscius, & infinita scientia 6.27.30.37.  
præditus: Christo ut homini traditum est iudicium 39.44.c 25.  
cium in omnes homines, (r) ut in eo fidelium 6.13.31. Ioh.  
preces audiret, (s) ipsiisq; opitularetur, (t) & com- 5 6.7.27 Act  
pateretur (u) immo unicuique secundum opera re- 20.6.42.c  
tribueret, (x) Ergo. Major patet, omnes enim qui 17 6.31. Ro.  
judicare debet, preces exaudire nonne esse est, ut 14.10.  
profundissima & abditissima quæc cognita & per se s. Att. q. 6.41.  
specta habeat, cum As. I. Cor. 4.v.5. restatur, in hoc t. Rom. 8.6.  
judicio etiam tenebrarum occulta sint dijudicanda. 34.

Quæ contra hoc argumentum obgannit Shonius, v. Hebr. 2.6.  
digna non sunt ut apponantur, cum facilimè ex di- 18.c.4.6.15.  
Eis dijudicari queant. Hæc tenus ergo scriptura fun- x Matt. 25.  
damenta. 6.26.2. Cor.

XIX. Quibus jam succedit secundo orthodo- 5.6.10. Roma  
xus piæ Antiquitatis consensus, cuius præcipua 2.6.6. Apoc.  
tantum recitabimus testimonia, inter quæ non im- 2.6.26.  
merito. 1. Citamus verba Theophylacti (y) Nos q. tract. in  
alii omnes ad mensuram accepimus operatio- Jo p.m.225.  
nem Spiritus, ipsi autem Christo pater Spiritum edit. Basil.  
non ad mensuram dedit: unam vel duas virtutes, z lib.3. de  
sed ipsum Spiritum integrum habet, igitur & orth. fide c.  
Prophetis Deus dedit suum Spiritum, h. e. ope- 21.p.m.256  
rationem Spiritus, tamen ad mensuram. Damascenus: 22. pidec. 22.  
(z) Humana natura substantialiter non d. l. p.m.257  
obtinet futurorum cognitionem, Domini autem 5 li. 2.c 22  
anima propter ipsam ad Dei verbum unionem p. m. 204.  
dives facta sive locupleta est, cum reliquis signis, Aug. tract.  
ita etiam futurorum cognitione, dicimus igitur 14.in 10.10.  
Dominum nostrum Jesum, Deum & hominem q. ep. o. 45.  
omnia scire cum in ipso omnes sint thesauri sa- Naz. loc. su.  
pientiae & divinitatis. (a)

X X. Tandem rationibus nostram sententiam de- genem, Lombardum lib  
monstramus, quarum; 1. Cuicunq; communica- 3. dist. 15.p.  
ta est persona filii Dei, ei idiomata sunt commu- m.508.li.6.  
nicata: Atque humanæ naturæ communicata est personali unione ipsa Persona Filii Dei. E.

& per consequens etiam omniscientia. Præmissæ  
ex superioribus constant exercitii. 2. Quocunq;  
donum Christo est communicatum in tempore,  
id communicatum est vel naturæ divinæ vel  
humanæ: non divinæ, cùm ea ab æterno per æter-  
**b) Bid. Cyr**  
**elegantissi-**  
**mè hac de**  
**re differen-**  
**tæm lib. 2.**  
**in Job. c. 28.**  
nam generationem à patre omnia possideat. (b)  
Secus qui sentit, videat quâratione se à retibus Pho-  
tinianorum extricare. Velit, cum ipsi contendant  
λόγον Spiritum fortitudinis & sapientie à Patre  
accepisse: Ergò secundum humanam. Ubi certè  
observatur regula hæc αξιόπιστος: Quæcunque  
Christo in tempore data sunt, non ad divinam  
sed humanam naturam referuntur.

**XXI.** 3. Secundum quam naturam Christus  
unctus est Spiritu sancto, secundum eam quoq;  
factus est omniscius: Atqui Christus secundum  
humanam naturam unctus est S.S. Ergò. Major  
ex præcedentibus constat. Minor ex Antiquitatis  
regula orthodoxa dependet: Unctio pertinet ad  
humanitatem. Vide contra deliramenta Orige-  
nis ex Gregorio & Cyrillo eruditè differentem  
Damascenum. (c)

**XXII.** 4. Si carni Christi realiter non est  
communicata omniscientia, sequitur: 1. natu-  
ram divinam posse communicari absque suis  
ἰδιώμασι. Absurdum posterius, ergò prius. 2.  
Tempore novissimi judicii non posse eandem  
judicium universale omnis carnis obire; Causæ  
enim dijudicatio præsupponit ejusdem notitiam;  
falsum posterius, Ergò & prius. 3. Non  
perficere in assumpta carne officium Mediato-  
ris: ratio, quia juxta eam nostras ignorat infir-  
mitates & miseras; Si hoc, pro iisdem apud Pa-  
trem intercedere non potest, nec preces nostras  
ad Patrem deferre. At vero absurdum hæc omnia.  
Ergò,

**XXIII. Hisce**

**X X I I I.** Hisce ergò immotis & irrefutabilibus, tūm sacræ scripturæ tūm orthodoxorum Patrum testimoniis firmisq; consequentiis, invicta divina perstat veritas, quā afferitur naturam Christi humanaam verè ac realiter in noīwōvias infinitæ omnisciētiæ τὸ λόγον pervenisse, & sicut λόγος omniscium essentialiter & per naturam; ita humanaam naturam omnisciā non quidem naturaliter, sed personaliter ex unione cum λόγῳ omniscio esse; non ergo carnem ἴδικας & seorsim consideratam omnisciā facimus. (d)

**X X I V.** Etsi verò evidens hæc demonstratio omnibus sufficere posset, non minus tamen & hoc attributum quām cetera carni Christi communicata hostiæ aduersariorum incursum paticogitur; nil jam de Vorstio dicam, scientiā discursivam Deo affingente, (e) vel Photinianis, præscientiam futurorum malorum Deo adimentibus, (f) Christo verò cum aeterna tota Deitate, hoc etiam divinum attributum furantibus; litem tantum quam Calvi Socii jurati & Scholæ Melanchtonianæ Adjuncti nobis movent, perpendere, fert animus. Illi enim Agnætarum (quorum Dux & Coryphaeus Themistius, acutus alioqui Aristotelis paraphrastes) (g) reducentes errorē jam elim in Ecclesia damnatum, Deum quidem verbum omnia nosse, assumtam verò humanitatem item strenue negant; quorum verba, si angustia chartæ pateretur, adducere possemus. Videatur Sadeel (h) Shonius (i) Danæus (k) Polanus (l) Zanchius (m). At verò argumenta eorum precipua subnectamus.

**X X V.** Objiciunt locum Marc. 13. v. 32. cum quo concordat cap. 24. Matth. v. 36. Argumentum effer tale: Quicunq; ignorat diem iudicii, is non est omniscius. Atqui. Ergo. Resp. Missis his quibus ad Objectionem Arrianorum variè respondere

- d) Gide Cyril. lib. 10. thes. c. 2.
- CAP. IV.
- e) in notis ad disp. 5. p. 271.
- f) Socinus in præl. c. 8. 9. p. m. 25.
- g) ut N. ceph. li. 18. hist. Eccl. c. 50. notat.
- h) p. m. 45.
- i) tom. 3. p. 175.
- k) in resp. ad Lam. p. 82. & in resp. ad Gerl. p. 259.
- l) Synt. li. 1. c. 6. p. 9. lib. 6. c. 16. p. 377.
- m) L. 2. de incar. tom. 8. op. p. 134 seq.
- n) Ang. Hier. sup. cap. 24. Mat. Amb. lib. 5. de f. de t. 7. p. 110.

respondere Patres, (n) quorū quidam verba posteri-  
ora (ut nec Filius hominis) ab Arrianis inserta,  
quōd facilius divinitas filij Dei destrueretur, scrip-  
runt: Alij, ignorasse quidem filium, quod diem eum  
nondum expertum haberet, dicitarunt: Alii, nec fi-  
lius hominis scit, nisi pater sciat, jam vero pater scit,  
Ergo Et filius hominis; hec verba interpretati sunt.  
Verum missis, ut dictum, his, resp. I. Committi in  
argumento fallaciam secundum quid, Christus n.  
dicit se ignorare diem judicij, non quod plane, sed  
qua homo ignoret, hoc est actu naturali, unde o-  
ritur hic sensus: Filius hominis ignorat diem ju-  
dicij qua homo est; at filius hominis nudus ho-  
mo non erat, igitur non simpliciter se diem ju-  
dicij ignorare, sed hanc ratione & hoc titulo, ho-  
minis scilicet, vere eundem nescire dixit.

XXVI. Nec obstat quod Matth 24. v. 32. Solus  
Pater dicatur scire; est enim particula Solus hoc  
loco non opposita personis divinitatis Filij scilicet  
Et S.S. intra indivisibilem & omni Deitatis perma-  
nentibus, sed Angelis & hominibus extra eam con-  
stitutis; quomodo Solus Pater dicitur sepius inbo-  
candus, personis reliquis inclusis. Quomodo nobis  
cum in hac explicatione consentiat Zanchius, vi-  
de lib. 3. detribus Elohim c. 9. p. 474. tom 1. op.

XXVII. 2. Confundi Status: unde plurimum  
quest. oritur fallacia, multa Christum in statu exi-  
nanitionis ignorasse concedimus, que in statu ma-  
jestratus perfectissime cognoscit; neque Communicatio  
idiomatum ab ipso unionis principio facta hoc pa-  
eto ullā ratione tollitur; et si enim per eam divinam  
omniscientiam semper possedit, occultatam tamen  
ad tempus usurpare noluit: possedit ergo non ratio-  
ne XENOTHEOS sed INTHEOS, quomodo multa vere in-  
gnorasse Christum concedimus. Vnde 3. patet,  
confundi in argumento actum primum & secun-  
dum,

dum 4. Constat, sibi ipsis hoc argumento adversarios  
esse contrarios, cum nostram huius dicti explicatio-  
nem admittant, Trelcatius, Shonius, Junius, Are-  
tius &c. 5. Videant, quid respondeat ipsis Athana-  
nasius, o Ambrosius, p Vigilius, q & alij Patres  
Orthodoxi totius antiquitatis.

XXVIII. 2. Arg. r Opposita consistere neque-  
unt; Omniscentia & ignorantia sunt opposita,  
Ergo, R. non possunt consistere eodem modo, con-  
siderantur enim opposita secundum eundem respe-  
ctum. 2. Idem tempus: iam verò & tempore & re-  
spectu diverso competit Christo ignorantia & sci-  
entia, ignorantia: 1. respectu actus naturalis. 2.  
respectu status exinanitionis. Scientia, respectu  
actus personalis. 2. majestatis.

XXIX. 3. Sapientiā & scientiā crescere non  
est omniscientem esse: Christus crevit sapientiā  
& scientiā, Luc. 2. v 40. Ergo: R. I. Subordinata  
non pugnant nec se inbicum tollunt: Sapientia n.  
habitualis & infinita seu divina sunt subordinatae:  
Ergo: Subordinata autem esse, inde patet: quod  
Christus perfectā fuerit præditus animā rationali,  
que absque hac naturali scientia nunquam est;  
Et enim omnia naturalia in Christo fuerunt inte-  
gra & perfecta, longè etiam perfectiora quam in  
ipso Adamo, ita nulla imperfectio mentis vel animae  
Christi tribui potest. Deinde, quod idem revera  
particeps factus fuerit totius divinitatis filii Dei,  
Ergo & omnium attributorum; iam nisi Contrarios  
duos actus in Christo simul statuere velis, subordinan-  
tes eos inbicum esse, ut concedas, cogeris; vide que  
in hanc sententiam scripsit Damasc. t Cum Reve-  
rendo ergo, Clariss, & Excell. Domino Huttero  
præceptore nostro p. m. æternū colendo, duplice  
modo crevisse Christum Sapientia dicimus: 1. ratione  
sapientia

o) Orat. 4.  
contr. Arr.  
p. 282. to. 1.  
op. Ep. 271.  
p. 1. 5. defi  
de c. 7  
q) in Coll.  
hab. in. Ar.  
& Athan.  
r) Shon. disc.  
10. Heid.  
p. 379. to. 3  
Dan p. 89.  
in resp. ad  
La. Spong.  
s) Zanch. l.  
2. de Inc. to.  
8. op. qu. II.  
t. 2. p. 131.

moi (x)

t) l. 3. be  
orth. f. c 226  
d. 257.

Sapientiæ habitualis. 2. Ratione scientiæ communicatæ, non quod illa variari possit, sed quod puerulus Iesus ratione actus secundi usurpationis in illa sapientia & λόγος creverit.

XXX. 4. Arg. Cui tribuitur proprium eidem essentia tribuitur: Omnis scientia tribuitur carni, Ergo quoq; essentia, & per conseq. caro erit Deus. R. Fallere consequentiam: 1. Quia confunduntur propria subjectorum Unitorum & Separatorum, ita ergo vera Major est; Diversorum subjectorum, quorum propria eadem sunt, substantia quoq; seu essentia erit eadem; Iam Minorem nego: non enim duo separata sunt subjecta, sed Unita arctissimâ inter se unione, ex quâ ista communicatio; ut ergo ridiculè concluderem: cui competit proprium ei etiam essentia: proprium ignis competit ferro. Ergo ferrum est ignis. Ita non melius hic colligerem. 2. Communicatio proprij si fieret Quidditative & Essentialiter, concederem, at qui hoc non sit, non enim caro fit omnisciens Deus, seu omniscientia, sed sit omniscia. Ergo nulla Argumentib; est.

XXXI. Plura hic argumenta adversariorum addere possemus, nisi pagellarum obstarerit angustia, ea idcirco conflictui reservata volumus, cumq; Epiphâno quartum hoc caput sic finimus, dicentes. (u) Humanitas est unita divinitati, & in ipsa perfectissimè novit omnia, utpote quod Deo unita sit.


XXXII. Hec ergo meditatio excitet in nobis devotionem: Ecce enim omniscius est Christus, Generemur ergo eum; nobis afflictiones nostras, & miseria nostra coram ipso abscondita non est, quare non irritas relinquet preces, sed exaudiet eas tempore opportuno: Fide ergo ipsi anima fidelis, nec despera, licet tardet, veniens tamen veniet, te liberabit, & votis tuis respondebit.

Fiat, Fiat,

F I N I S,







OLOGIAS SACRÆ  
tio Decima nona,  
De  
MUNICATA  
ASSUMTÆ OMNI-  
SCIENTIA.

Quam.  
Invento  $\Theta\sigma\pi\theta\omega\pi\omega$   
VB PRÆSIDIO  
HASARIS MEISNERI  
Theol. D. & P. P.

Collegio ad disputandum,  
proponit  
TIUS WIGANDUS  
Regio-Boruss.  
em 30. Maij, horis pomeridianis,  
in auditorio minori.

OS (X) SO  
TTEBERGÆ,  
Johannis Gormann,  
No clc Icc XIX.